


Kopie des des Originals der Stadtrechtsurkunde von Malchow



1235.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITA  
TIS . NOS NICOLAUS Dominus de Rostock omnibus  
in perpetuum notum facimus , tam presentibus quam fu-  
turis quod dilecti nobis cives nostri de Malchovve nobis  
humiliter & devote supplicarunt , ut ipsis iura Sverinensis  
civitatis per omnia conferremus . Nos igitur eorum postu-  
lationi grato occurrentes assensu ac eorundem desiderio  
satisfacere cupientes sicut petierunt ipsis iura civitatis  
sverinensis conferimus & donamus . Sunt autem hec iura  
comunitatis de Sverin : Pro capite caput . Pro manu ma-  
nus / Quod si vulneratur quis ad profunditatem unguis  
& longitudinem articuli reus damnabitur in sexaginta solidis  
qui cadent in partem Regia potestatis & satisfaciunt pa-  
ceni in vipini quattuor solidis / De plaga nigra po-  
testas habebit vipini quattuor solidos & pacens duodram  
solidos . Pro alapa pacens quattuor solidos & totidem  
potestas habebit / Qui pacem domus violaverit capi-  
tali sententia subiacet / Si foemina impudica viro  
probo fuerit concubata , in presentia duorum virorum bonorum  
potest ei licet bonam alapam dare / Si quis habuerit  
duplicem mensuram , magnam utz & parvam , magnam  
recipiat & parvam erogat damnabitur sententia capitali /  
Molendinarius recipiat mensuram de singulis modijs



nis hincam qua malla valparitur nuncupatur / Qui civitatis  
statuta infregerit tres marcas denariorum dabit duas civitati  
terciam potestati / Omnis solidus pacis consulis deputa:  
tur / Si decreverint consules super civitatis officia, Ma:  
gistrum civium ordinare & excedens subditi, duae partes  
satisfactionis consulis, tertia vero Magistro civium  
debetur / Civium est eligere talem Magistrum / Magister  
ille pastores conueniet / Praeda campestris potestati  
pertinet non Magistro / Nullus dabit hereditatem suam  
sine consensu suorum heredum / Si moritur quis heredum  
praesentia carens, assumet illam consules causa reser:  
vanda usque ad annu terminum, quo revoluta si nullus  
haeres venerit, ad manum transeat potestatis . Debet  
autem hereditas septima manu reddi / Si moritur quis  
& haeres duos reliquerit, mater volens nubere alteri  
prius dividet hereditatem / Si moritur quis heredum  
heredum illoque hereditas transibit ad fratrem, omnibus  
defunctis redibit ad matrem, / Si mater securitatem po:  
terit prestare manebit uxor similiter & pater / Si  
moritur aliqua relinquens heredem, & pater separans  
ipsum a se, ducat uxorem & generet ex ea parvulos  
mortuo patre separatus haeres redibit ad hereditatem  
patris . / Si quis extra civitatem manens Eugrimoniam

de ciue fecerit potest se ciues cum quolibet defendere,  
alienus uero cum ciue aliquo se defendet. / Cui cunq;  
autem homo propria fuerit conditionis, Si infra ciuita:  
tem manserit ab impetitione seruitutis cuiuslibet liber  
erit / Præterea quicquid consules ciuitatis ad comunem  
usum ordinauerint, ciuitas ratum obseruabit. / Si  
quis uir debitor coram iudicio commotus & debitum  
soluere nequens domum suam creditori deponet, Sed  
creditor illam tribus uicibus infra sex septimanas coram  
iudicio presentabit quam si debitor tunc non redemerit  
in suos usus conuerthit creditor domum ipsam. / Dedimus  
etiam eidem ciuitati Quadraginta mansos cum Inre &  
uilitate. / Dedimus insuper liberam facultatem pellendi  
porcos & pecora super Gelin adeo remote ut ipso die re:  
dire possint ad ciuitatem. / Et ibidem ligna secabunt ad  
comburendum & ædificia construenda. / Ut ergo memora:  
tis ciuibus de Malchovv a nostris successoribus hæc om:  
nia firma permaneant & inconuulsa ipsos presentis scripto  
cum appensione sigilli nostri & testibus subscriptis irre:  
fragabiliter communiuimus. Testes hii sunt Helias Cu:  
stos, Remus Canonicus de Gushovv, Henricus Gamba,  
Baroldus dapifer, Iordanus, Henricus Grubo, Bern:  
hardus de Vventorp milites, Tidericus de sandovv  
VVolterus de Lufsov ciues de Gushovv, Rodolphus

Wernerus. Amelungus sterricus ciues in Malchou  
& alij quam plures. Acta sunt haec Gushou Anno  
millesimo ducentesimo tricesimo quinto. 11 feria Marcij  
Regnante glorioso Romanoꝝ Imperatore Friderico datum  
per manum Conradi Scriptoris: